



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XVIII. Ad ieunium an requiratur ciborum delectus; poſtitque præcipi  
conscientijs?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

nus accidat: *Lactant. l. 6. c. 21. 3.* Testamur infidelibus, nos fidem non erubescere. *Ambr. Ruffinus, Theodore. &c.*

4. Testamur Legem Dei nobis esse pericundam, iuxta *Pl. 118: Cantabiles mihi erant iustificationes tue.*

5. Ut etiam illo modo laudemus Deum tota contentione vocis ac corporis. *Iustinus in respons. ad quest. 107.* Plura in *Lutherio-cal. p. 4. q. 87.*

### QVÆSTIO XVIII.

*AD IEIVNIVM an requiratur ciborum delectus: possitque præcipi consientijs?*

I. HÆRESIARCH. EBIONITAS, Encratitæ, Eu-  
læstathiani. Priscillianistæ, omnium animantium  
carnes immundas esse fingebant. *Apostolic. teste S. Bern. fer. 66. in Cant. insuper vinum asserabant immu-  
dum: ut olim Mahumet ac Manichæi.*

II. NICOLAITAS, & Valentiniani quosvis cibos quo-  
uis tempore licitos esse, veteri, non posse. Ita *1ren. l. 1.  
c. 1. Iovinianus, ait Hier. l. 2. contra cum, negabat ie-  
junia & abstinentiam prodesse quicquam.*

III. LUTHERO-CALVINISTÆ Delectum cibo-  
rum, ut hereticum, negant. Vide *Lutherio-cal. p. 4.  
q. 90.*

PAPISTA. In ieunis Delectus ci-  
borum fuit in Veteri Test. visitatus ac  
laudatus; non ut ceremonialis, aut iudi-  
cialis; sed ut moralis: moralia autem, ut  
ex natura promanantia, in Lege noua  
confirmantur etiam tantum non anti-  
quantur. Hinc vtriusque exempla In-  
strumenti nobis illustria præludent: ut  
recte ad ieunij rationem pertinere ci-  
borum delectum asserat Ecclesia.

II. HÆRESIARCH. Eufathiani & Aeriani, teste  
*Socrate l. 2. hist. c. 33. & Epiph. *her. 57.* negabant Eccle-  
siam posse legi sua ad ieunium obstringere con-  
scientias.*

LUTHERO-CALVINISTÆ similiter proflus.  
Pater in meo *Lutherio-cal. p. 4. q. 92.*

Quin addunt, nec diuinalege ullum præci-  
pitiieium, adeo esse libertimum. *Ibi. q. 91.*

PAPISTA. I. Iustè, licetèque indi-  
cieinium, exempla facti docent in Sen-  
tientia, vt Ionadab, Mardochæi, &c. Vnde  
de Concilia sancta de ieuniis statuerunt  
etiam anathematizando violatores eorum.  
Ut Gangrense, Laodicenum, Te-  
letanum, Bracarense. Ideo Tertul. li. de  
ieui. Benè, quod & Episcopi uniuersitate  
mandare ieunia assolent. S. Basil. orat. 2. de  
ieui. Omnes aqua alter, & præceptum audire,  
& cum gaudio suscipiunt. Angeli sunt, qui po-  
singulas ecclesiastas ieunantes describunt. His  
ep. ad Marcellum: Altude est necessitate, si  
tuad voluntate munus offerre ieunij. Aug-  
serm. 62. de tempore. Alys diebus ieuniorum  
remedium est, aut præmium: in *Quadragesima*  
non ieunare, peccatum est.

II. Lege diuina in genere præceptum  
est ieunium. Vnde S. Aug. epist. 86. Eg. in *Evangelicis & Apostolicis literis, totoq; Ti-  
flamento Nouo, id reuoluens animo, vide præ-  
ceptum esse ieunium.* S. Leo serm. 4. de ieui.  
Illa, quaeretur futurarum figuræ g-  
reabant, impleri quæ significauere sint, i. e.  
ieuniorum verò utilitatem. Non Testi-  
gata non removit. &c. Quia sicut permanuit  
intelligentiam Christianam, Dominum Deum  
tuum adorabis &c. ita quod in iisdem libri  
de ieuniorum significacione præceptum est,  
nulla interpretatione vacuatur.

III. HÆRESIARCH. REGARDI, teste *Turram,*  
4. *Summa de Ecl. p. 2. c. 36.* negabant viros perficie-  
re ieunii artificij; quod peccare nequeant; & conu-  
percatum sit ieunium in silentium.

LUTHERO-CALVINISTÆ cum soli fidei tribuant iustificationem; cum se se prædestinatos  
specialiter credant; cum excidere fide ac salutem  
se posse negent; cum electis nullum officere  
peccatum posse contendant, eo quod non im-  
putetur: omnino sibi misericordiam tribueri posse  
etiam videtur; adeo ut nulla egeret se, præ-  
terquam Christi, satisfactione propria negent.  
Idcirco

Idcirco etiam villas se ieunii lege teneri posse  
pertendunt. Si non iidem sint cum Begardis;  
certe eorum sunt quam simillimi.

PAPISTA. 1. Begardorum error est  
damnatus in Conc. Vienn. Et ante or-  
tum eius S. Leo serm. 11. de quadrages.

*Adest maximum sanctissimumque ieunium,  
quod obseruantiam sui uniuersis fidelibus, si-  
ne exceptione denunciat. Quia nemo tam san-  
ctus, ut non sanctior: nemo tam deuotus, ut  
non debeat esse deuotior.*

2. Etiam in tertium raptus cœlum ait,  
1. Cor. 9. *Castigo Corpus meū. &c.* Et Mat.  
11. *Nemo surrexit maior Ioan. Baptista: tamē  
coluit ieuniū; Ita & Mardochæus, Da-  
niel, Dauid, Judith, Hester, Anna. &c.*

3. Vana est autem iactantia perfectio-  
nis: cum Iacobi 1. *In multis offendimus om-  
nes. Vt, 1. Ioan. 1. Si dixerimus, quis peccatum  
nō habemus, nos ipso seducimus.* Cum quin-  
que fateri debeat istud, Röm. 7. *Sentio a-  
liam legem in membris meis.*

Cassianus, affinis errori, tria asserit  
*Collat. 21. c. 2. 1. Iustos non subesse legi  
cogenti, cum sponte ieunent, 2. Iustis  
facilius relaxari ieunium indictum; ob  
certitudinem temperantiae ipsorum, &  
caritatis. 3. Perfectos eos, qui totos ieun-  
nant annos, nō teneri lege ieunij, cum  
plus offerat Deo quam eis præcipiatur.*  
At hoc improbat: ob voluntariam

oblationem non oportet omittere Ne-  
cessariam. Et lex communis omnibus  
excipit neminem, sed aut Ætas, aut Mor-  
bus, aut Necessitas, aut Labor. &c.

## QVÆSTIO XIX.

*An ieunium sit Dei cultus meritorius & sa-  
tisfactorius?*

HÆRESIARCH. Iovinianus, teste Hier. l. 2. con-  
tra Iouin & Augustino l. de her. c. 82, dogmatiza-  
bat, nil ad salutem prodesse ieunia, ciborumque dele-  
ctum.

LUTHERO-CALVINISTÆ, vt Melanch.  
Brent. Kemnit. Caluinus, id ipsum propugnat.  
Non tamen omnem ad virtutes utilitatem ie-  
uniū proficere diffitentur.

PAPISTA. Ieunium est & merito-  
rium, & satisfactorium, & Imperatorium.  
Vnde Rom. 12. *Obsecro vos per misericordiam  
Dei, ut exhibeatis CORPORA vestra ho-  
stiam viuentem, λογικὴν λαργεῖαν, sanctam,  
Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.*  
Loquitur de castigatione carnis; quæ  
potissimum fit ieunio. Hinc Tert. l. de  
resurr. *Sacrificia Deo grata dico ieunia.* S.  
Greg. hom. 16. ait Deo decimas & vitæ  
primitias quasi offerri. Tertul. ait lib. de  
ieu. *Sicut primum v̄sus cibi perdidit; ita ie-  
uniū Deo satis facit.* Ibid. *Ieunia agnitio  
nem Sacramentorum de Deo merentur.* S.  
Aug. serm. 26. *Ieunium aut remedium est,  
aut primum.*

## F I N I S

## Genealogiæ Lutherico-calvinisticæ quadripartitæ.

## G L O R I A

DEO, Trinuno, Deipara, Diuisque Cælitibus. Amen.

Hh 2

ANTI-

